

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrvm Misericordiæ Palativm

Variis Sacræ-Scriptvræ Locis, Atqve Septem misericordiæ operibus quasi
peristromatibus exornatum

Gazaeus, Nicolaus

Augustae Trevirorum, 1618

Quid inprimis agere debeat pius visitator erga ægrotos tuum bonæ, tum
malæ vitæ ca.33.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54459](#)

174 AEGROTOS VISITARE



QVID IN PRIMIS AGE
RE DEBEAT PIVS VISITA
TOR ERGA AEGROTOS TUM
bonæ tum malæ vitæ.

CAP V T XXXIII.

Quoniam plerumque Ignorantia vitio.
rum mater & Nutrix est, ne forte cui-
quam in visitandis infirmis, ignorantiz, vel
impossibilitatis ansa præberetur modum
visitandi huic loco adstipulare volui, vni-
de sibi unusquisque officij & muneris re-
gulam sumat. Ingressus itaque, pius visita-
tor ædes infirmi dictoque: *pax huic domui,*
& omnibus habitantibus in ea, recitatis iti-
dem, vel Euangelio secundum Matthæum:
Cum introisset Iesus Capharnaum, &c. vel,
orationum harum, altera) Reffice quaf-
mus Domine super hunc famulum tuum N.
infirmitatem, pro quo Dominus noster Iesus Christus
non dubitauit manibus tradi innocentium,
& crucis subire tormentum.

*Deus Infirmitatis humana singulare pra-
fidium auxiliū tui super infirmum (vel super
infirmam) famulum tuum N. ostende virtu-*
tem

Cap. 8.

tem, ut ope Misericordiae tuae adiutus (adiu-
ta) Ecclesia tua sanctae in columis repre-
senti mereatur. per Christum Dominum no-
strum.

Deus sub cuius nutibus vita nostra momen-
ta decurrunt suscipe preces famuli tui N. pro
quo agrotante misericordiam tuam implora-
mus, ut de cuius periculo metuimus de eius sa-
lute latemur. Per Ego.

Eum aspergat aqua benedicta. Si postea
certis indicijs, vel ex adstantium relatu per-
cipiat, eum probæ spectatæque vitæ fuis-
se, & illum in summa afflictione consti-
tutum aduertat, fructuosè, pertinenterque
admodum fecerit, si ob oculos eius posue-
rit Deū afflictionibus suos visitare dilectos.

Dicatq; I. icet Amice mi, toto vitæ tuæ tē - *Cum vir pro-*
pore non peccasses, & ab omni culpa vacas - bus in affli-
tionem post-
(quod tamen incredibile est) te tamen,
tus est.

modo morbi premit angustijs, vt peccati
etiam nunc lucem auertat. Nam quanto
tempore hac corruptibilis carnis mole cir-
cum amictus es, peccare potes, & ad pec-
candum Natura proclivis est ; tibi ergo
summum gratiæ pondus impertitur De-
us, dum ægritudinis fræno, tuos coercet
affectus ne in peccatum labaris. Nunquid
lob inquietabat : *Non peccavi, & in ama-*
ritu-

176 AEGROTOS VISITARE

Lib. 5. præ-
fat: in Iob.

Ioan. II.

ritudinibus moratur oculus meus? De quo loquens, D. Gregorius sic scribit: Ideo Iob flagellatus, ut pro flagello eius, diuina gloria laus cresceret, non autem ut per flagella, peccata quæ non commiserat, emendaret. Te ergò eadem afflictione quassat Deus. Quare: ut ventilet granum, ut purget aurum, ut expoliat argētum, nam (ut inquit D. Aug.) quod flagellum grano, quod fornax, auro, hoc facit tribulatio iusto. Et ut te ad tolerantiam magis ac magis inuitet, subdit: Noli attendere pœnam in flagello, sed quem locum haburus sis in cœlo, si enim in aduersis, & in afflictionibus patientiam habueris, illa in gloriam vertetur; & afflictionem, diadema queritur, nam honor Dei augetur dum patientia in aduersis tolerandis & in pœnis à Deo immisis sufferēdis cognoscitur. Ideo que dicere potes: *Infirmitas haec non est ad mortem sed pro gloria Dei.* Suffer igitur sine murmuratione hanc quam tibi altissimus immisit ægritudinem, per hanc siquidem, illius esse probaberis. Quemadmodum nim Nobilis, accipitris quem diligit velat oculos, ligatque pedes, nè forte sursum uoleat; ita Deus amicorum suorum, vi morbi reprimit depravatos affectus, nè forsitan liberi, ab illo recedant. Nunquid etiam luce

luce clarius compertum est, eos Deum castigare quos amat? *Quem diligit castigat Deus* Ad Hebre. 12.6.
(inquit Apostolus) flagellat que omnem filium, quem recipit. Pater familias non extra-neos, sed domesticos dumtaxat corrigit, ideoque in afflictionibus tuis exultandum tibi est. Referunt Naturæ indagatores delphini marini pescem, eò magis exultare, quo sæuius mare, procellis & ventis quatitur; ita etiam animus tuus in medijs afflictionibus recreari debet. Meminisse item cōuenit, Deum persæpè secreto quadam iudicio, pœnam peruerso debitam, iusto infligere, quasi supplicium exigeret ab eo qui culpam non admisit. Verum, ut quid hoc? nisi forte ut is utilitatem & emolumētum ex afflictione hauriat, quod alius contempseret.

Quid plura? Hæc infirmitas quam tu patris Deo te coniunget; est enim velut maleus te virtute sua Christo cōiungens. Ideò *Lib. 3. Theol.* cum Raymundo verbum hoc intellige. *naturalis.* Quemadmodum Christus ad salutem nostram Sacra menta instituit, sic etiam in tuæ salutis emolumentum hanc infirmitatem immisit, ut per eam saluus fias. Nec hinc, quarelæ locus datur; Nam sicuti quis vitem laceram à te auferens ut meliorem &

C_c nouam

178 ÆGROTO'S VISITARE

nouam largiatur, iniuriam nullam infert;
sic hac sanitatem te spolians Deus, ut tibi vi-
tam æternam largiatur, nihil iniuria tibi
facit, sed potius summum amoris erga te ar-
gumentum prodit.

*Si ægrotus ma-
le vita sit.*

Bona: in vit.

Surius tom. 3.

psal. 15.

*Crespet in po-
mo myst.*

Si vero perspicuum fuerit ægrotum ma-
lae vitæ fuisse, Deum hanc ægritudinem im-
misisse indicabit, ut eum ad se conuertat;
qualiter in Beatissimo Patre Francisco eue-
nisse cernimus. Longo namque languore
percussus, statim à temporalium lucrorum
negotiationibus segregatus, anno ætatis vi-
gesimo, avaritiæ valedicens, quam sanus 2.
more summo prosecutus fuerat; totum de
Dei seruitio dedit.

Dunstanus nequaquam in statu monastico
induci poterat ut Christum sequeretur, et
iussq; insisteret vestigijs, nisi summa ægritudi-
ne flagellatus. Hinc rectè canit psalmes Re-
gius: *Multiplicata sunt infirmitates eorum,*
postea accelerauerunt. Sic ergo, hac te infir-
mitate visitauit Deus, ut peccatorū relicta
farcina, ad eum rediens, te ab hoc languore
liberet, sicut Sampsoni Dolano Episcopo
reuelatum fuisse inuenim'. Hic cum Patri
infirmum visitaturus accederet, statim re-
uelante sibi Domino comperit, eam infir-
mitatem ideo Patri contigisse, q̄ peccatum

mor-

P A R S S E C V N D A . 179

mortale quasi lethale virus in conscientia
confectum nunquam in confessione pro-
didisset , qui mox pœnitens , contritus , &
confessus pristinæ est restitutus incolu-
mitati.

Si sacros bibliorum codices reueluamus ,
Ezechiam Regem opulētissimum summa 4. Reg. 20.
ægritudine grauatum , ob ingratitudinis ,
ianctantiæ , vanitatisque vitia , videbimus .
Sitamen cum eo sanitati anime (si non cor-
poris) restitui vis ; conuertere ad parietem
& amaritudine repletus peccatum tuum
desle , tunc enim integrā promereberis fo-
spitatem . Peccatum ægritudinis causa erat ,
& vt reor est , tolle peccatum , emunda con-
scientiam à labe iniquitatis , & tolletur in-
firmitas . Nam si corporis quæris integrā
curationem , animā delitescente in sordib⁹
peccatorum ; toto aberras cœlo , hoc enim
Deus agere non consuevit , qui prius animę
medetur , quam corpori . Nunquid paralyti-
co prius peccata condonauit , quam eum ab
infirmitate liberaret ? Hinc etiam recte ad - Luc. 15.
modum Sancta Mater Ecclesia statuit , vt
medici prius saluti consulant , quā corpori .
Minabatur Moyses populo Israelitico affli-
ctionum varietatem illis euēturam , nisi di- ^{C. Quum de}
penit. & res-
missis obtemperarent mandatis ; sic frustra , miss.

C c 2 fani-

180 **ÆGROTO S VISITARE.**

sanitatem assecuturum te arbitris, ni prius à peccatis tuis resilieris; Nā potius mortem oppetes, quām vitam, sicut Reges illi duo Ochozias & Afa, qui quia ad Deum conuersti noluerūt morte perierunt. Contra verò si ante actum vitæ tempus cum maritudine recogitaueris, illud fortassis Deo misericerte prolongabitur. Tua igitur scelera, lachrymis absterge.

**AD EXCITANDAM
CONTRITIONEM IN ANIMA**

ÆGROTI PECCATORIS,
qui diu in peccatis delituit.

CAP VT XXXIV.

HVc adueni dilecte mi, vt te ad Poenitentiam, tuorumque flagitorum contritionem prouocarem, ob oculos ponens abominationem illorum, quibus Deo cefisti, Diabolo te coniungens, & diuinam prouocans iram. Nunc igitur adamantinum illud cor tuum, quod olim in sceleribus adeò obstinatum fuit, emolliatur, & lachrymarum imbris facies tua madeat, tuoru perpendens multitudinem delictorum. Neque enim in vno solo deliquisti, sed per